

deinde diuide in sinum latitudinis lunæ maioris, puta 5. graduū, & sic quotientis arcus cōmonstrabit tibi distantia optatam. Vis & huius rei exemplum: Ecce, si latitudo lunæ fuerit 3. gra. 3. mi. talis autē erat ipsa hora intronizationis Episcopi, tunc sinū ipsius 6234. duc in totū sinū, & hinc diuide pductū in sinū 5. gra. 8715. pueniet in q̄tiente 71531. is ipse producet 45. gra. 40. mi. distantia scilicet lunæ à nodo capitis uel caudæ draconis lunæ.

PRONVNCIATVM V.

Cuiuscunq; puncti imaginatione concepta in egyptica, inuenire de dinationem ab æquinoctiali.

Propositio hæc quā frequentissimū habeat usum in uniuersa supputatiōe astronomica, maxime uero in cōpositiōe aliquot instrumentorū, supputarunt Astronomi quandā generalem tabulā de gradu in gradū, unde citra magnum laborē quotidie colligi potest declinatio solis. Non multum dissimili instituto nostro & nos quoq; tabulā confecimus in meteoscopum numerorū, ubi etiam minuta totius egypticæ omnia continent. Eiusmodi declinationē, imò & ipsius tabulæ compositionē ut ipse possis conficere, en rem totam paucis tibi cōmonstrabo. Si punctum habes in egyptica, cuius declinationē ab æquinoctiali scire desideras, principio considera, ubi tandē intersectioni æquatoris, hoc est primo puncto  $\gamma$  &  $\delta$  punctū illud existat p̄p̄inquis, nam ea distantia ad hanc operationē requiritur, sinum illius si multiplicaris cum sinu maximo declinationis solis, & productū diuiseris in sinum totum, iam statim ipse arcus quotientis ostendet ueluti digito declinationem illius puncti in egyptica. Sed ne hic quoq; desideres exemplū illustrandæ rei ad cōmodū, age conuerte mihi animū cogitationemq; tuam ad horā intronizationis. eo tempore  $\odot$  fuit in 2. gra. 26. mi.  $\Pi$ , hoc ipsum iam punctū stationis uel loci solaris uideamus ab æquatore distantia. Ecce principio nobis occurrit, quia  $\odot$  arietis tunc fuit proximus, idēq; distantia colligemus à principio  $\gamma$ , quæ est 62. gra. 26. mi. eius arcus sinus erit 88647. hunc itaq; ducemus in sinum maximæ declinationis egypticæ, quæ nunc tempore nostro agnoscitur esse 23. gra. 30. mi. sinus eius est 39874. pductum diuidemus in sinū totum, & pueniet in quotiēte 35347. illius arcus 20. gra. 42. mi. arguit declinationē  $\odot$  quæsitā ipsa hora intronizationis. Sed quia maxima illa declinatio solis aliquot annorū spacio nonnihil uariatur, operæ precii est, ut ipsam interdū Astronomi obseruent diligentius ex integro, constat em̄ illi uniuersam inniti supputationē astronomicam.

PRONVNCIATVM VI.

Cognito solis declinatione (quod & in meridie & oriente sole facillime fieri potest, adhuc gradum illum zodiaci internoſcere, quem ista declinatio tangit, atq; unum cum eo punctum efficitur.

Superiori pronunciato docuimus inuentionē declinationis ex distantia puncti illius à principio  $\gamma$  uel  $\delta$ , nunc uersa p̄positione docebimus ex ipsa declinatiōe inuenire distantiam puncti illius à principio  $\gamma$  uel  $\delta$ . Vnde porro collectu facile est, cuiam p̄cto egypticæ declinatio illa respondeat. Primū omniū constat q̄ æquinoctialis & egyptica more maximorū circuloꝝ per mediū in duas ptes æquales diuidunt, ita ut quælibet pars media egypticæ æqualē habeat declinationē ab æquatore. hinc liquet semper esse 4. puncta in egyptica, quæ æqualē habent declinationē, ut si p̄ponam 10. gradū  $\gamma$ , eius declinatione habita simul habeo declinationē 20. gradus  $\chi$ , quia 20. gradus  $\chi$  decern gradibus distat à principio  $\gamma$ , simili modo intelliges etiam de 10. gradu  $\delta$  & 20.  $\pi$ , qm̄ uterq; decem gradibus distat ab intersectione æquinoctialis & egypticæ. Ecce iam puncta 4 habes in egyptica, quæ singula unam & æqualē habent ab æquatore declinationē, tantū primus punctus  $\delta$  & primus etiam  $\gamma$  maximam habent declinationem, neque plura sunt quàm duo hæc puncta, quæ æqualem habent declinationem, aliās semper 4. puncta unam & æqualē declinationē obtinent. Vt autē pronunciatu huius operationē expeditius & certius cōficias, duc sinū p̄positæ huius declinationis in sinū totum siue p̄fectū, pductū diuide in sinum maximæ declinationis, & arcus quotientis mōstrabit tibi distantia dati puncti egypticæ